

rã IX. circiter nocturnã jusserrat Franconiæ Dux, ut præsentibus
 Magnatibus quibusdam (*Trevirensis Chorepiscopus* intererat, ni
 fallor,) lucida projicerem phænomena. Exarare symbolon & *Bambergæ*
 nomina Augusta in tapetio jam orsus, non dissimulavi quid con- *quid fa-*
 tingere aulæo de tabula pendenti possit. Quid fit? dum non *ctum?*
 dum scriptionem lucidam absolvi, (quam attoniti adstantes vi-
 derant) accenditur à grano lentis magnitudine tapetum. Ego
 ipsemet haud satis providus, sufflaminare manu ignem volens
 (cum non posset Nobilis extinguere ephebus, qui accurrerat cum
 poculo impleto aquâ) vehementissimè sinistram læsi, quæ tota lu-
 cens igneaque apparebat. Excussi, quâ celeritate potui, huc illuc
 flammulas saltantes atque radiantes stellulas vix numerabiles; re-
 tinui vestigia combustionis ultra diem decimum. Quæ dum scri-
 bo, opportunè mihi incidit, quid Antiquario Electorali nuper
 admodum acciderit Colonia ad Spream. Inclusum vitro Phos- *Quid Co-*
 phorum mirabilem non satis cautè tractans, inflammatur adeò, *lonie ad*
 ut incendium extinguere nec ipse posset, nec sine periculo aude- *Spream.*
 rent alii. Restitutus ne fuerit (nam vitæ laboraverat discrimine,)
 an secus interim, non comperi. Motu scilicet levissimo, vel digiti u-
 nius pressu irritata illa lux accenditur, *in forma sicca* tamen. Nam
in liquida (de qua deinceps differemus,) in minimè id metuendum.
 Tum enim lucet saltem, non accendit, nec comburit. Ut ex ve-
 ro planè scripserit πολυθρήνητος Elsholzius in descriptione
 fulgurantis Phosphori: *Materia ipsa* (lucida, sed liquida) *non*
tantum Cicindela, æstivis noctibus per aërem volitantis instar splen-
debat, verum etiam affricta digito, similem penitus fulgorem albi-
cantem, non sine stupore spectatorum inducebat: adeò ut si quis to-
tam illevisset faciem, tota ipsa quoque, veluti quondam (si tamen
divinis isthac componere licet) MOY S I S, ex monte Sinai descen-
dentis fulsura procul dubio fuisset.

§. XII. Scripseram in priori dissertatione; jam id agi ma- *Lucet &*
 ximè, ut non videatur saltem lux hæc, sed quò videantur alia, pro- *illuminat.*
 ximè vicina, uti præstet. De Phosphoro, in forma sicca loquor
 hic. Lucet, inquam, is non modò, sed & illuminat objectum
 præsens, scripturam nempe mediocrem, si quantitate pisi sit inclu-
 sus